perhibent. Qualiter hostia salutaris ut e-
lemosinis anime liberate sint multa legimus.
sed pauca nobis referre volumus. Quidam
presbiter pro medicina aquas de terra cali-
das manantes balneandus frequentabat
qui in ipso fervore aque virum stantem
inveniebat usque presbitero balneum intranti
et egredienti obsequium prebebat. Cui
presbiter quadam die panem pro caritate
attulit. quem ipse recipere noluit merens
et anxius se hominem fuisse illorum pro
peccatis suis post mortem subisse penam
retulit ut eundem panem deo pro se of-
ferret petiit. Et si reversus eum non inve-
niret se liberatum sciret. Hec dicens eva-
nuit. et quod spiritus fuerit apparuit. Presbiter
autem ad ecclesiam regressus. vigiliis ieiu-
niis orationibus per septimanam pro eo labo-
ravit. hostiam salutarem cotidie immo-
lavit. Deinde ad balneum pergens virum
non invenit. quia iam refrigerium pervenit
Quidam miles in bello capitur vinculis
astrictus carceri includitur. quem uxor sua
putans mortuum cotidie pro eo optulit
sacrificium. Qui post xxx dies de an-
gustiis eripitur domum revertitur gaudenti
uxori retulit qualiter cotidie per xxx dies
aliquod solatium evenerit. ac demum solu-
tis vinculis carcere reserato ipse liber
exierit. Per hoc patet si huius anima in penis
fuisset utique sicut corpus de carcere
liberata esset. Alius miles in bello
vulneratus inter vulneratos corruit de-
inde resumpto spiritu surgens abiit. Qui
ab hostibus comprehenditur catenis inne-
ctitur. sed mox rigor catenarum solvitur. Cum
autem sepius ligaretur et totiens a vincu-
lis solveretur cunctis mirantibus novamque
rem stupentibus ait quidam eum hac
arte peritum quo sciat solvere nexum. Ille ne-
gat se aliqua arte imbutum. dicens
autem se habere fratrem presbiterum. quem pu-
tet pro se deo ~~optu~~ optulisse sacri-
ficium et hoc modo solutum vinculum.
Quod et ita erat. Nam ab hosti-
bus dimissus ad sua rediit fratrem suum

cotidie pro se quasi pro mortuo missas
celebrasse didicit. Ecce quantum valet
deprecatio vivorum que pie impenditur
spiritibus mortuorum per quam etiam redimuntur
capta corpora vivorum. Igitur diligenter
oremus pro defunctis et orabunt pro
nobis in ~~[illegible]~~ quoque in celo. Quod [illegible]
si neglexerimus. et nos in neglectum
tunc vivis venientibus cum vixerimus cer-
te oratione non indigebimus. sed cum Christo
in illa gloria erimus. Quia oculus non
vidit etc.

Quibus deest copia librorum hec pau-
ca sufficiant in festivitatibus sanctorum.
Qui autem ad celestia inardescunt
et alios accendere cupiunt. sunt multi
sermones sanctorum diversi omelie ewan-
geliorum passiones martirum vite sanctorum
de quibus omnibus poterunt copiose instrue-
re populum christianorum. Rogo autem laborantes
in caribdi secularis philosophie ne des-
piciant hoc pitaciolum legis divine.
scientes hec non sibi sed civibus Jherusalem sci-
licet humilibus conscriptum quibus et solummodo
supernum regnum ut filiis est repromissum.
Cives autem babylonie videlicet superbi
habunde sunt a suis preceptoribus instructi
horum doctrinis invitantur quorum et vitam
summopere imitantur. Et ideo opinio-
nes mundane ~~dispositi~~ dispositionis am-
plectuntur. legant platonem. quos cavil-
latio delectat. discant aristotilem.
bella amantes habent maronem. libi-
dini vacantes nasonem. discordes inci-
tat lucanus incitat et statius. petulan-
tes instruit oratius et terentius.
Sed quia horum nomina de libro viventium
sunt deleta. non memor ero nominum
eorum per labia mea. Ego autem humilis as-
sertor. humilis ihesu christi. humilitatem
castitatem misericordiam concordiam docens
ad vitam properantes docui. Magnam
silvam ingressus diversas frondes descer-
psi de lato campo multicoloris floscu-
los collegi pulchram mitram contexens
capiti sponse christi imposui In navicula

petri residens linū ad capiendos pi
sces ewangelicos contexui quo ꝛ ipē
toto corde opto de mūdi gurgite ex͠tp̄i
Iusticiā esurientibꝫ · famem verbi dei
patientibꝫ paruū pulmentū de herbis
bn̄ olentibus ne deficiant īuia cum
panē nō hn̄tibꝫ De magno mari
dulces guttas hauriens congregaui
quas sicientiū labiis instillaui Sed q̄
sūt assueti splendidis epulis adeant
mensas īstructas copiosis ferculis q̄s
sume sapiencie dapiferi · Augustin⁹
Gregorius et coꝝ cōsimiles īstruxe
rūt cōuiuas oībꝫ bonis repleuerūt
Porro variis negociis implicati · ista
pauca facē et docē studeant et deo
opitulante p̄henniē glām se cū illis
adepturos gaudeant

O me tristē qui queritis atria vitē
Exiliū fugite patriam ꝓperādo redite
Porta patet vitē q̄d statis quiqꝫ redite
Premonstro callē scandentes linqͥte vallē
Qui p̄ me tendūt celestia gaudia prendūt
Ecce lucīna micat · iā currite nox necis īstat
Per me cōplet᷑ totū q̄d lege tenet᷑
Deuitate malū · recti sectando ducatū

Premiū iustoꝝ est vidē deū viuē
de deo esse cū deo esse in deo qui
erit omīa ī omnibus: habere deū
qui summū bonū est. Ubi summū bonū est.
ibi est summa felicitas · summa iocūditas
vera libertas: p̄fcā caritas · et͠na secu
ritas ꝛ secura et͠nitas Ibi est vera leti
cia · plena sciencia omīs pulchritudo ꝛ
omīs beatitudo: est ibi pax pietas bo
nitas · lux virtus honestas · gaudiū dul
cedo vita p̄hennis: glīa laus requies
amor et concordia dulcis · Sic cū dn̄o
beatus erit: ī cui⁹ cōsciā p̄ctm̄ īuentū
nō fuerit Videbit eū cū ad voluntatē
habebit ad voluptatē · fruet᷑ ad iocū
ditatem In et͠nitate videbit īveritate
fulgebit · ī bonitate gaudebit Sic ha
bebit p̄manendi et͠nitatē sic cognoscē
di facilitatem et requiescendi felici
tatem Qualis siquidē erit illi⁹ ciui
tatis scē iocūditas cui⁹ angeli sunt
ciues · deus pat᷑ templū · filius ei⁹ splē
dor · ꝑ spūs scūs karitas O ciuitas ce
lestis · mansio secura patria totū con
tinens q̄d delectat p̄pl̄s sine murmure
quieti incole · hoīes nullā indigenciā
habentes Glīosa dcā sūt de
te ciuitas dei: sicut letanciū om̄ ha
bitacio est in te Omīs letant᷑ ī leti
cia et exultacioē: omīs delectant᷑
de deo cui⁹ aspectus pius cui⁹ facies
decora · et eloquiū dulce Delecta
bilis est ad videndū suauis ad habē
dum · dulcis ad fruendū Ipē ꝑ se pla
cet · et ip̄e se sufficit ad meritū suffi
cit ad premiū: nec ex eo q̄d q̄m a
liud querit᷑ q̄ ī illo totū īuenit᷑
q̄d desiderat᷑ Semꝑ libet illū inspicē
semꝑ habē: semꝑ ī illo delectari et illo
frui Ibi glorificat᷑ intellectus ꝛ purifi
cat᷑ affectus ad cognoscendā et intelli
gendam veritatē: et hoc est totū hoīs
bonū nosse scilꝫ et amaē deū Que go
ergo ait īsania vicioꝝ sitire absinthiū